

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

2. Quid sit Amplificatio & quotplex: Et de optimo charactere
Amplificationis
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

oratorum amplificationem, à puerili quādam congerie, quod illa rerum, & sententiarum magnitudinem paulatim succrescentem, cum iusto circumspectorum verborum pondere contineat: Hæc verbis, & nugis, inani quodam strepitu ad imperitatum aurum insidias luxuriantibus, humiliter intumescat.

Itaque, ut summus aliquis, & rei militaris peritisimus Imperator, ad operosam quādam expeditionem lectissimum iuuentus florent deligit, quem armis, animisque incitatum mittit in aduersarios. Sic noni oratores, vbi rem amplificandam vident, & id praestantis esse, ut plurimam, opus eloquentiae, non minutias quādam consecrantur, sed illustra quæque in locum unum optimam ratione distributa coagmentant, quod totius orationis vis, & amplitudo plenior lucra sit. At contraria ignavi Rethores imbecillam, & propè seruilem gregariorum multitudinem centuriant, quā nihil potest esse contemptus.

Nec immerito Longinus Criticus tales amplificatores perstringit, qui vel varietate distendunt, vel quisquilijs, & ramentis fasciunt orationem:

Φλοιών ἀστεία, χρήσθοικατέγκατά τοις λογοτεχνίαις, λομηρέται γέρωντος τὸ δόλον, ὥτανει φύματα ἡ αρχόμεντα βιωτιῶντα μεγάλη συντεκοδομήσιμα.

Si ingeniosam oratoris amplificationem consideres, diens te eximiā structuram, quadratis lapidibus, præclaro inter se nexus coherentibus, compositam in quieti si contra fūtem, & amplificatorium orbem, parietes videbunt luto, paleis, & calculis male obdutti, hianibus undique rimis dissipati. Quo igitur hoc vitium in graui præsertim eloquentia fœdum declinari posuit, nouilla præcipienda fuit.

Quid sit amplificatio, & quatuorplex.

Et de optimo charactere amplificationis:

CAPUT II.

Circumfertur ab antiquis Rethoribus, sed non satis perit's amplificationis nimis vagis definitio, qua dicitur *λόγος μέγεθος πολυπλοκής ὑποκειμένος*. Oratio magni-

tudinem addens rebus subiectis. Nimis inquam diffusa est hæc definitio, nam tropicū, & affectuum potest esse communis, ut recte obseruat Longinus Criticus: siquidem illa magnitudine quadam efficerunt orationem.

Alia est natura sublimitatis, quam vocant alia amplificationis: sublimitas est in attollenda, amplificatio in fundenda oratione, illa in vi, hæc in lecta multitudine, illa magis spectat qualitatem, hæc quantitatib; & diffusionis rationem habet. Est igitur amplificatio συμπλήρωσις ἀπὸ πάντων τῆς ἐμφερομένων τοῖς προσγεγμένοις ὄψισιν, οὐ τόπων, οὐχ ιππούρων τῆς ἐπιφύλαξης τοῦ κατακενόρουληρος; Plenitudo quādam, quæ ex omnibus rerum adiunctis, terminis, & locis, commemoratione roboret orationem.

Primum igitur est plenitudo, non redundans, quo plena significat, per amplificationem fieri corpus orationis, venusta quādam plenitudo consurgens, non tumore distentum.

Hæc autem plenitudo non petitur ex inani facio verboram, vel strepiti numerorum, sed ex optimis quibusque rerum adiunctis, idcirco addit *ἀπὸ τῆς πάντων τῆς ἐμφερομένων τοῖς προσγεγμένοις*.

Postremo loco modum amplificationis docuit, cum ait fieri τῆς πάντων frequentatione scilicet, & commoratione, non quod eadem etiam, atque etiam semper iteranda sint; sed quod idem varijs adiunctis sit illustrandum, quod eodem in loco indicat his verbis:

Ἐπειδὴ τὸποις ἐπισχευλέμενα μεγάλη στρεψατεούσεται κατὰ ἐπιθασίν, αἱαί αἱοις φεύγοντες εἰσερχομένοις, alia alijs veluti in orbem circumductæ magnitudines concinante ingeruntur per gradationem.

Duo autem sunt præcipua fermè amplificationis genera, unum sit per augmentum, quod propriè vocatur *λόγος* alterum per *λινωσιν*, sive exaggerationem: hoc inter *λιγύων*, & *λινων* conuenit, quod utraq; ampliorem faciat orationem, sed illa plus habet diffusionis, & ambitiosi circuitus: hæc adiunctis rerum, & pōderibus magis auger, quam verbis.

Itaque in celsa illa exaggeratione, paucis aliquando res in summam exollit magnitudinem, cum adiuncta varia, atque epitheta aliud, atque aliud significantia, per gradatio-

mem

Siem aliquam intorquentur; in fusa autem amplificatione nihil noui perspecta fatur, sed vnum, atque idem dixeris sententijs, per iustam commorationem dicitur, & figuris damnatur variatur. Exemplum *συνών* sit illud ex Demosthene, hominem à communī vita, & omni mōrū urbanitatem alienum, calumniam, terrum, funerum; genūs humani hominem describit his verbis:

Demost. i. Aristog. 73.

Οὐχὶ τὸ πολύτελον ἀγαθόν, καὶ οὐκέτι οὐδὲ τὸν φυχὴν διατρέψει, οὐ τέχνης, οὐ γεωργίας, οὐκ ἀλλοις ἤργοις οὐδενίας ἔπειται μάλαται, οὐ φιλανθρωπίας, οὐχ' ἀμιλίας οὐδεμίας κοιτεῖ. Αλλὰ πορφύρας διὰ τῆς ἀγράς, ὥσπερ δρός, ή σκορπίος, ή πρώτες τὸν κέντρον, αἴτιων θερός κακεῖται σκοπῶν τένισμαρόντας ή βλασφμίαν, ή κακόν τη προστριψάμενος. Καὶ κατασύντας τοὺς φόβον ἀργύριου προστέτατον· εἰδέπει προστριψάπτει τὸ τέτταν τῶν οὐ πόλει καρένειν, ή μυροπολίαν, ή τὸν ἄλλων ἐργαστήρων οὐδὲ πρός ἐν ἀλλ' ἀποτελεῖται, άνιδρυτός, άμυντός, οὐ χάριτος, οὐ φιλαρύ, οὐκ ἀλλοδεῖται ἀδηρός μήτρος γνωσκόντος μετ' ἡμῖν δὲ οἱ λαζαρέφοι τοῦς ἀστελέας γεδηπτονεῖς δίδυ, μετὰ τέτταν, μετ' ἀράς, ή βλασφμίας, ή φθόνος, ή σάσσως, ή νείκες περιπτέσθαι.

Vide, ut non vnum, atque idem dicit, sed nouis semper sententijs, nouis verbis rem eandem frequentat, & attollit.

Nullum (inquit) ciuilium bonorum vnuquā attigit, quo animum excolet suum: Non bonas artes, non agriculturam, non industriaē denique vllam curat, nullius humanitatis, & communis vlus est particeps: Sed incedit per forum, quasi serpēs, aut loricatus exerto spiculo, huc & illuc prospectans. Si cui noxam, aut calumniam, aut aliquid aliud malum afflire, vel saltem timorem incutere posse, ut inde pecuniam conficiat.

Nunquam frequentat tonstrinas, vnguentarias, aut alias officinas, in quas cœtus hominum confluere solent, sed nefarij, extorris, expers societatis humanæ, non gratiam, nō amicitiam, nō quidpiam aliud eorum nouit, quibus honestas virtus continetur.

At si quos pictores, inter conseleratos, inferiorum supplicijs addictos, pingere solent,

cum ijs versari in omni execratione, blasphemia, inuidia, seditione, iurgij, & contentionibus perpetuis volutatus.

Hæc vna est ex Demosthenis amplificationibus valde insignis, & opulenta, quam Cicero imitatus libro quarto ad Herennium in imagine Sycophantæ, & calumniatoris. Vides in hoc exemplo amplam circumferri orationem, & maiestate plenissimam, quo pacto autem id fieri contingit, animaduerte. Non amplificat ludens in sustentationibus, & locis communibus. Quid igitur præstat? res rebus etiam, atque etiam auget.

Primum, hominem omnis industria, & ciuili vita ignarum ostendit. Deinde, ut serpentem, & scorpionem exerto calumniæ aculeo depingit; mox virus, & damna, & clades. Tandem extorrem facit sacerorum, religionum, vita communis. Postremò, cum dominatorum apud inferos picturis affidit veritatem. Ita ita, atque alia subinde facies orationis, cum grata simul, & terribili varietate collocet, & in immensam attrollitur grauitatem.

Nec vero cum idem hoc genus attigit, inferior est Demosthene Marcus Tullius: Nam, ut ceteras omittam, quam densa est, & acris, & volubilis hec amplificatio?

Veltramque simul Iudices æquitatem, & Cis pro manuetudinem vnamater oppugnat. At quæ Clientem, matei, quam cœcam crudelitate, & scelere Exemplum ferti videris, cuius cupiditatem nulla vniuersitas quam turpitudo retardauit, quæ virtus animi ex Cip.

in determinatas partes iura hominum conuerit omnia: cuius ea stultitiae est, ut eam nemo hominem ea vis, ut nemo fœminam; ea crudelitas, ut nemo matrem appellare possit. Atque etiam nomina necessitudinum, non solum naturæ nomen, & iura mutauit. Vxor generi, nouera filij, filia pellex. Item Philipp. 13. num. 18.

Qua enim in barbaria quispiam tam teter, tam crudelis tyrannus, quam in hac vrbe, armis barbarorum stipatus Antonius? Cæsare dominante veniebanus in Senatum, si non liberè, artamen tutus. Hoc archipirata, (quid enim dicam tyranno?) hæc subfelia ab Ithyreis occupabantur. Prorupit subito Brundusium, ut inde agmine quadrato ad tione mino- vrbe accederet: lauissimum oppidum, rum. nunc municipium honestissimum quoniam Dominus, dam colonorum Sinueslam, fortissimorum Cesar. Ar militum sanguine implevit: Brundusij non chirpirata

C. 2 mo-Antonius.

modò in sinu attarissimæ, sed etiam crudelissimæ vxoris delectos Martia legioñis centuriones trucidauit. Inde se quo furore, quo ardore ad urbem, id est, ad cædem optimi cuiusque rapiebat. Quo tempore, Dij immortales ipsi præsidium improviū, nec opinantibus nobis obtulerunt. Cæsar enim incredibilis, ac diuinavirtus, latronis impetus crudeles, ac fuitibundos retardauit; quem tum ille demes lædere se putabat editis, ignorans, quæcumq; falso is diceret in sanctissimum adolescentem, ea vete recidere in memoriam pueritæ sive ingressus urbem est, quo comitatu, vel potius agmine? cum dextra, sinistra, gemente populo Rom. minaretur dominis, notaret domos, diuisurum se urbem palam suis polliceretur.

Hic si verba pôderes, & sententias, nouas subinde, & magis ac magis illustres inuenies. Et hic est laudissimus amplificandi modus in Iuvosa sine densa, & contorta amplificatione.

Exemplum Fusæ, & ambitioſa illius amplificationis.

Ex Cicerone 7. in Verrem, numero 10.11.12.
13, 14.

CAPVT III.

IN Tricalino, quem locum cum fugitiui iam antè tenuerunt, Leonida ciuildam Siculi familia in suspicionem vocata est coniuratio[n]is, res delata ad istum, statim, vt par fuit, iussum eius, homines, qui nominari fuerant, comprehenſi sunt, adductique Lilybæum; domino denunciatum est, vt adflet, cauſa dicta damnati sunt.

Quid deinde? quid censeris? furtum fornicare, aut prædam expectatis aliquam. Nolite viqueaque eadem querere. In metu bellis, furandi qui locus potest esse? etiam si qua fuit in hac re occasio, prætermissa est. Tum poruit à Leonida nummorum aliquid auferre, cum denunciauit ut adflet. Fuit nun-dinatio aliqua, & isti non nouo, ne cauſam diceret; Etiam alter locus, ut absoluere-
tur.

Damnatis quidem seruis, quæ præda di-
potest esse ratio? produci ad supplicium ne-
cessit est. Testes enim sunt, qui in consilio
fuerunt; Testes publicæ Tabulas; Testis splen-
didissima ciuitas Lilybæana; Testis honestis-

simus, maximusque conuentus ciuium nib[us]
potest producendi sunt.

Itaque producuntur, & ad palum alligan-
tur.

Etiamrum mihi expectare videmini, iudi-
ces, quid deinde factum sit: quod iste nihil y-
quam fecit sine aliquo queſtu, atque præda.
Quid in eiūmodi re fieri potuit, quod com-
modum est: expectare facinus, quam vultis
improbum; vincam tamen expectationem o-
mnium, nomine sceleris, coniurationisque,
damnati, ad supplicium traditi, ad palum alli-
gati, repente multis millibus hominum in-
spectantibus soluti sunt; & Leonide illi do-
mino reddiri.

Quid hoc loco potes dicere, homo amen-
tissime nisi id quod ego non quero: quod de-
nique in re tam nefaria, tametsi dubitato
non potest, tamen ne si dubitetur quidem,
quæri oporteat: quid, aut quantum, aut quo-
modo acceperis; remitto tibi hoc totum,
atque ista te cura libero, neque enim me-
tuo, ne hoc cuiquam persuadeatur, ut ad
quod facinus nemo, præter te, illa pecunia
adduci potuerit, id tu gratis suscipere cona-
tus sis. Verum de ista furandi, prædandique
ratione nihil dico: de hac imperatoria iam tua
laude dispuo. Quid aī bone custos, defensor
que prouincia? Tu quos seruos arma capere,
ac bellum facere in Sicilia voluisse cognoras,
& de consilio sententia iudicaras, hos ad sup-
plicium, iam more Majorum traditos, & ad
palum alligatos, ex media morte eripere, ac
liberare ausus es? ut quam damnatis seruis
crucem fixeras, hanc indemnatis scilicet ciui-
bus R. referuares?

Perditæ ciuitates desperatis omnibus re-
bus hoc solent exitus exitiales habere, ut
damnati in integrum restituantur, vinclis
soluantur, exules reducantur, iudicatae res re-
scindantur: quæ cum accidunt, nemo est, qui
intelligat ruere illam Rempublicam. Hæc
vbi eueniunt, nemo est, qui illam spem
salutis reliquam esse arbitretur, atque
hæc sicubi facta sunt, ut homines popula-
res, aut nobiles supplicio, aut exilio leua-
rentur: ut non ab ipsis, qui iudicassent, ut non
statim, ut non coram facinorū damnati,
quaæ ad vitam, & fortunas omnium pertine-
rent.

Hoc verò nouum, & eiusmodi est, ut magis
propter reum, quam propter rem ipsam cre-
dibile esse videatur, ut homines seruos, ut
ipse,